

factis à Capitulo d. Cathedralis Ecclesie excluderetur unio dd. Portionum cui summopere disconvenit, & adverteretur status collativus obnoxius, ut dictum ex Apolliticis reservationibus juxta theoreticam Felin. in c. per tuas n. 6. de major. & obediens. Turricell. de unio. c. 2. n. 56. cum aliis adductis per Rot. in Barchinon. Parochialis de Albinyana prima Jun. 1696. §. Preterea, & per tot. coram R. P. D. meo Muto, & in alia Barchinon. Hebdomadaria Majoris de Palau Tordera die prima Junii ejusdem anni per tot. cor. Reverendiss. Decano. Neutrum tamen visum est subsistere, seu applicari in nostra hypothefi, & propterea DD. in decisis peristere decreverunt.

Et quidem non primum: nam, ut bene firmatum fuit in decisione quae revidetur §. Quod autem, cum in praesenti casu de Jure Curia habitualis resideat penes Archiepiscopum & Capitulum, & ulterius concurrat antiquum Instrumentum de anno 1285, ex quo apparet per Capitulum Novar. fuisse erectas duas Cappellanas, seu Portiones pro actuali exercitio Curiae animarum cum certa applicatione fructuum, & reddituum per eundem Capitulum ad effectum, ut aequaliter dividerentur inter ipsos duos Cappellanos exercentes Curiam Animarum per Archiepiscopum cui nominatio dd. Cappellanorum fuit reservata.

Interdum sequitur, quod remanet in suo robore proposito firmata in Decisione, quae revidetur, quod eadem Cappellanae seu Portiones uti totaliter dependentes à Capitulo, & Archiepiscopo haberentur curam habituales debeant provideri ad nominationem Archiepiscopi pro cuius adjutamine in Cura Animarum fuerunt erectae, adeo ut dd. Cappellani habeantur tanquam Vicarii, & Adjutores d. Archiepiscopi hinc debeant provideri ad ipsius nominationem cum sola approbatione Episcopi abfque Concurfu juxta formam Bullae fa. me. Pii V. la. 7. in ordine, & de mente Congregationis Sac. Conc. Trid. tradunt Patil. de resignat. l. 8. q. 9. n. 9. §. seq. Gonzal. ad regul. 8. glof. 6. nu. 158. Garz. de benef. p. 9. c. 2. n. 175. cum seq. Rot. cor. Merlin. decis. 150. n. 2. & dec. 106. cor. Bich. dec. 211. n. 5. §. 6. & coram Cacc. dec. 231. n. 8. & dec. 5. 16. n. 1. p. 18. rec. cum aliis notissimis, & cum solo temperamento, quod quatenus vocatio contingeret in mensibus reservatis debeat accipi nova Provisio à Dataria pariter ad nominationem Archiepiscopi prout praedicatum fuit in praesenti Hypothefi, & firmant Decisiones in Tirafon. Vicariae 15. Octob. & 4. Decemb. 1565. cor. Litta relatae per Garz. de benef. p. 9. c. 2. n. 309. & 310. & opotim tradunt Gonzal. ad regul. 8. glof. 5. §. 4. a. nu. 48. ad 50. ubi dicit hanc regulam non obfistere. Ventrigl. in prax. rer. notab. to. 1. annot. 20. §. 2. d. n. 9. Barb. de jur. Eccl. l. 3. c. 6. nu. 45.

Atque hinc elisa remanet praeterea confessio elicta ex d. clausula Cessantibus aliis reservationibus appofita in utriusq. litteris Apolliticis nove provisionis expeditis dd. Bernardo Burrino, & Gaspare Betio, quia hujusmodi clausulae sunt solite: apponi de stylo Datariae, ut observatum fuit in dd. Decisionibus Tirafonen. apud Garz. d. p. 9. c. 6. n. 10. in fine.

Nec adverteretur ultimus status inductus ex dd. Collationibus Apolliticis, quia nunquam est attendendus quando prout in praesenti est supra. Instrumento anni 1285, & ex duabus Sententiis altera arbitrali lata per Vicarium General. Novar. de anno 1566. & in altera in Judicio contentio coram Metropolitano Mediolanen. de anno 1629. clarè constat de anteriori statu controversarum Cappellanarum, seu Portionum, quodque istae provideri debeant ad nominationem Archiepiscopi, & institutionem Capituli cum simplici approbatione Episcopi abfque Concurfu; juncta etiam longeva ferè duorum saeculorum observantia, ut late ostensum fuit in Decisione, quae revidetur, & firmat Lot. de re benef. l. 1. q. 34. n. 35. & 38. Rot. dec. 163. n. 3. & dec. 374. n. 6. p. 1. dec. 435. n. 4. p. 2. & dec. 516. n. 5. p. 18. rec. & in Lunen. sic Sarzanen. Cappellanae 14. Martii 1689. §. His tamen coram me.

Nec visa est obfistere Decisio Novar. Canonice. 1. Decemb. 1690. cor. Rev. Zamoren. juxta particulam datam, in qua dictum fuit Collationes Canonicatum factas ad nominationem Capituli non subfiteri non obfistente quacumque longeva observantia in contrarium ex ratione, quod d. regula 9. Cancellariae fit munita clausulis, subfata, & decreto irritanti, nam quidquid fit de Canonicatibus de quibus uti cadentibus sub d. regula 9. Cancellariae loquitur citata Decisio est certum, quod illa non applicatur casui nostro dum versamur in Portionibus seu Cappellanis solum de iustis pro exercitio Curiae actualis in adjutorium Archiepiscopi

ter, ut supra explicatum est, ita cessante d. Regula 8. seu 9. Canc. cessant etiam clausulae derogatoriae in eadem contentae tanquam accessoriae, & sequentes naturam principalis juxta vulgatum Juris axioma, de quo Rota dec. 454. n. 8. & dec. 502. n. 16. par. 18. rec.

Minusque ex eo, quod hinc Portionibus assignati fuerint per Capitulum redditus Ecclesiae S. Martini ceteri debent tanquam reservationibus Apolliticis, quod cadit sub reservationibus Apolliticis ad tradita per Garz. de Benefic. p. 5. c. 1. n. 552. Mandof. super regul. 1. qu. 10. nu. 5. Rot. cor. Carill. decis. 112. n. 22.

Quoniam d. assignatio nil aliud operari potuit quam ut dd. Portiones destinatae pro exercitio actuali Curiae reputari debeant de Mensa Capitulii juxta doctrinam Vitali in Clem. 1. n. 7. de officio Vicar. Oldrad. conf. 67. n. 1. Valent. conf. 45. n. 10. l. 1. Rot. cor. Carill. dec. 75. n. 6. & dec. 204. n. 1. & 2. p. 2. & videtur firmare in dec. 192. n. 7. p. 18. rec. & per consequens tanquam Cappellanae de Mensa Capitulii nequaquam subiacent reservationibus Apolliticis ad tradita per Viv. de jur. par. l. 1. n. 108. Gonzal. ad regul. 8. glof. 5. §. 6. n. 64. Cor. prax. Benefic. lib. 3. c. 5. n. 20. & 21.

Demum frustraneum visum est secundum fundamentum elicitum ex dd. provisionibus Apolliticis aliisque factis à Capitulo per quas exagebatur inductus status collativus exclusivus jusque uniois, nam praemissio exabundanti, quod Collationes Apolliticae non solent immutare naturam, & verum statum Beneficiorum ex defectu voluntatis Summi Pontificis, quae semper praesumitur conformis supplicationibus Partium ad tradita per Rot. de execut. l. 1. Apollit. c. 6. n. 112. Lotter. de re benef. l. 1. q. 34. n. 64. Rot. dec. 234. n. 2. p. 16. & dec. 182. n. 1. p. 18. rec. & in Tyr. Praeceptoriae 2. Junii 1690. §. Quibus attendis cor. Rev. Decano, & in Mediolan. Praeceptoriae 19. Junii 1690. §. Nec tot. coram me.

Dominiis visa est extranea hujusmodi inspectio, quia hic non agitur de inducenda unione, nec de excludendo statu collativo, & quod juxta dispositionem Sac. Conc. Trid. hujusmodi portiones seu Cappellanae non debeant conferri in titulum perpetuum, sed vis stat, quod cum sint talis naturae, ut scilicet dependant ab Archiepiscopo & sint erectae pro adjutamine Archiepiscopi in Cura Animarum, & ut nomine ipsius, & tanquam eius Vicarii Cappellani habentes Curam exercent in Ecclesia Cathedrali Novarien. sequitur exinde, quod illarum Provisio fieri debeat ad nominationem Archiepiscopi abfque Concurfu, solumque praevis examine ex Doctrinis supra allegatis praesertim quia Bulla fa. mem. Pii V. loquens de Vicariis non restringitur ad illas dimittaxat unitas, fed generaliter disponit de quibuscunque Vicariis, ut optime firmatur in dd. Decisionibus Tirafon. Vicariae coram Litta relatis per Garz. d. par. 9. c. 2. n. 309. & 310.

Et ita utraque parte informante &c.

R. P. D. MUTO.

Barchionen. Parochialis de Albinyana.

Ven. 1. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Unio non praesumitur cum praesumptio fiet pro collativo statu & ideo concludentur est probanda, illa vel praesumitur in effectu, vel praesumitur revocata, vel remanet praescripta ubi contra illam addit longeva observantia non obfistente decreto irritanti appofito in Constitutione Plana de Unionibus, quia illud non procedit quoties vel de unione dubitet, vel unio facta non docetur pro congrua substitutione in comprobationem plurium Discursuum Gara. de Luca sub tit. de Paroch.

SUMMARIUM.

- 1 Unio non praesumitur & ideo concludentur est probanda & nu. 4. & 5.
2 Parochialis de Jure patronatus ecclesiastico remanet subfata concursu & n. 3.
6 Unio non praesumitur Beneficium ex donatione de ipso facta, quia donare Beneficium non est unire, sed solum importat donationem Jure conferendi.

- 7 Et si donatae fuerint decimae, primitiae & oblationes.
8 Pertinentia ecclesiae non probat unio nem.
9 Abus dubii & equivoci unionem non concludunt.
10 Observantia collativi status facit praesumere unionis inefficaciam, quae semper praesumitur quoties de contraria non docetur & n. 11.
11 Vel facti concludere unionem revocationem.
12 Vel quod fuerit conversi in purum Juris patronatus remanente statu collativo favore Episcopi.
13 Vel concludit unionem fuisse praescriptam.
14 Dista observantia unionis destruetiva probatur ex collationibus & Concursibus.
15 Ecclesia unita nunquam vocat minusque resignari seu permolari permittitur.
16 Et propterea provisiones factae pro obitum seu ex vacatione per resignationem ex causa permutationis & provio concursu non congruunt unioi, sed totaliter eidem adversantur eamque destruant.
17 Concursus destruit unionem cum non requiratur in Parochialibus unitis.
18 In Parochialibus de Jure patronatus ecclesiastico in mensibus reservatis vocatis fiet concursus absque praesentatione & magis dignus praecedat & remittitur praecedito ad sanctissimum cum literis reservationibus.
19 Parochiales unitae quocumque mense vacent alicui reservationi non subiacent, sed abfque concursu providentur ad nominationem ejus cui sunt unitae.
20 Ex collationibus factis in mensibus reservatis excluditur unionis titulus & promanant alii Juris patronatus ecclesiastici.
21 Solum dubium sufficit ut error excludatur.
22 Unio repugnat quod alius quam locus cui praetenditur facta unio, percipi & omnes fructus & proventus.
23 Decretum irritanti appofitum in Constitutione Plana super unionibus edita non intrat quoties de unione à principio dubitatur.
24 Consecratio tricenaria facit dispensationem seu coaequalem titulum praesumere ut sub decreto irritanti non comprehendatur.
25 Concursus in Parochialibus sunt faciendi non obfistente quacumque exceptione quae allegatur ob decretum irritanti quod habet Bulla Plana super concursibus faciendis.
26 Sententia lata super unione non citato Episcopo non suffragatur.
27 Decisiones licet sine supponenda, attamen id non procedit, vel quando data est facultas illas impugnandi, veluti immutata serie facti corruit suppositum.

DECISIO XXX.

Sub praesupposito, quod Imperiali Monasterio D. Cucuatis Congregationis Benedictinae nonnullae repererunt unitae Parochiales Ecclesiae, Rota censuit occasione geminae vacationis Ecclesiae S. Stephani de Ripollito unius ex illis subfiteri provisiones Apolliticas tanquam de unita factas, rejectis ab Episcopo provisis in concursu, prout ex decisionibus editis 15. Febr. 1547. cor. Gbilerio, & 17. Febr. 1690. cor. Rev. D. meo Emerix Decano, in illoque sensu permansit in successivis contingentibus controversis super vacationibus similium Ecclesiarum S. Stephani de Palau Tordera, & Divi Bartholomaei de Albinyana, de qua modo agitur respondendo utraque adjudicandam fore nominatis ab Abbate dicti Monasterii, post habitis ab Episcopo praeclectis in Concursu, prout ex decisione, quoad priorem Ecclesiam extensa per R. P. D. meum Scotum 5. Julii 1694. ejuque subfata sententia, & quoad alteram ex resolutione per me promulgata die 28. Junii ejusdem anni. Cunque modo comparente Episcopo pro defensione libertatis suarum Ecclesiarum revocentur ad trutinam tam fundamenta relatae sententiae R. P. D. mei Scotti in gradu appellacionis cor. R. P. D. meo Ursino, quam dictae decisiones coram me editae, DD. post suspensam resolutionem in audientia die 22. Junii superioris anni adfictis omnium suffragis, concessaque facultate revidendi praenarratas decisiones Gbilerii, & Reverendiss. D. mei Decani, tandem hodie in reiterata utriusque dubii disputatione dilucidato melius factis, ex quo Jus desumere valeverunt, recedendum esse à decisio dubio per me noviter proposito, responderunt favore Episcopi, & ab ipso Provisi.

Decisio namque contraria §. Nec obijci potuit cum seq. ac la-

tius scribentes hodie pro Abbate, & suoque nominato unice fe fundant pro adjudicatione ad ejus favorem controverfiae Parochialis in asserta istius unione Monasterio facta, & quidem desumpta ex donationibus Imperatoris, & Regiis harum Ecclesiarum cum decimis, primitiis, & oblationibus suis, & signanter Lotharii Regis Francorum de anno 877. hodierno Summar. Abbatis n. 1. Regis Jacobi Aragoniae, & Comitiss Barchinonae d. Sum. n. 9. & Caroli V. eodem Sum. n. 10. ex subsecutis confirmationibus Apolliticis, & praesertim Urbani II. de quibus d. Sum. n. 2. ad 8. atque ex aliiis signis, & argumentis elictis ex adibus datis in praefato Sum. n. 13. & 17. cum plurib. seq. ac in super ipsius unionis observantia, demumque ex allegatis resolutionibus Rotalibus cor. Gbilerio, & Reverendiss. Decano, sed ex noviter animadversis per informantes pro Episcopo, & ejus Provisio, talis unio profus excluditur, de ejus observantia non docetur sed potius de contraria collativi status, ac praenominatae resolutiones non obfiant, ut propterea revocanda fiet adjudicatio decreta favore Nominati ab Abbate, & concedenda Provisio ab Episcopo in concursu. Nam scilicet unione, cum praesumptio fiet pro collativo statu, Can. sicut 21. q. 2. cap. quia nonnulli de Cleric. non resid. cum aliiis per Rot. in rec. dec. 310. n. 5. p. 16. ac licet agatur de Parochialis Patronatus Ecclesiastico subfata, illius tamen provisi fieri debeat in concursu, Barbof. ad Conc. Trid. sess. 24. c. 18. n. 3. de Luc. de Paroc. d. l. c. 37. nu. 52. 55. & 56. & in adnot. ad Conc. d. l. c. 32. n. 6. Rot. in rec. dec. 320. n. 12. & 453. nu. 7. & 8. p. 18. ibidem praeclecto eadem debetur signanter cum assistat ultimus status, Rot. cor. Greg. dec. 112. n. 2. in rec. dec. 310. n. 11. par. 16. & in Apatina Praeceptoriae de Nerezo 28. Januarii 1695. §. Status quidem collativi coram R. P. D. meo Ursino.

Excluditur sane unio, ejuque observantia, & de contraria collativi status docetur. Praemissio equidem unionem uti exorbitantem à Jure non praesumi, Alex. conf. 70. nu. 1. lib. 3. Dec. conf. 232. n. 2. vers. his praemissis Menoch. lib. 6. praesump. 80. n. 1. Castrop. oper. moral. p. 2. tr. 13. disp. 6. qu. 9. §. 4. sub n. 3. Adden. ad Greg. dec. 196. n. 3. sed perspicua concudentissimaque probationes exigere cum semper d. praesumptio vigeat pro collativo statu, de Luca de Paroc. d. l. c. 1. n. 2. 5. Rot. cor. Barb. dec. 525. pariter n. 6. cor. Priol. dec. 377. n. 9. cor. Card. Cerro dec. 656. nu. 5. in Alien. Parochialis 16. Jun. 1688. §. unio sicutdem 7. Febr. §. subfistit, & 16. Martii 1689. §. Talem namque coram Reverendiss. Zamoren.

In hypothefi quidquid fit an talis unio subfistat exordio praefatarum donationum, & Apolliticorum confirmationum ex illis atque ex aliis allatis per Informantes ex parte Abbatis fuisset in potentia inducta, super cujus determinatione tamen DD. non fuerunt concordēs, nam alii exultimant, attentata praecipue concessione Decimarum, primitiarum, & obligationum in dictis donationibus, & confirmationibus contenta plene unionem resultare, inhaerentes auctoritatibus allegatis in decisione contraria §. neque obijci potuit.

Alii verò censuerunt ex his concludentem probationem unionis requisitam non emergere, tum ex quo documenta desuper allata sunt informia, tum etiam ex quo donationes tanquam provenientes à Principibus laicis carentibus potestate uniendo non fuerint efficaces ad intendendam unionem, solumque praesertim valuerint ius patronatus, quod super Ecclesiis donatis ipsimet donantes habent ex indultis Pontificum, cum donare beneficium importet solum ex natura donationis jus de illo providendi, cap. dilectus 34. de preb. Rot. cor. Greg. dec. 77. nu. 6. & 11. cor. Baruti. dec. 93. n. 4. cor. Ubald. dec. 179. n. 15. & cor. fa. me. Alexand. VII. dec. 93. n. 4. & in specie has puras, & simplices donationes concessiones ius patronatus continere testatur Beuter. in cronica generalis totius Hispaniae impressa Valencinae anno 1604. lib. 2. c. 9. fol. 39. cum seq. tametsi donatae fuerint decimae, primitiae, & oblationes, nam deficientibus hic aliis signis, & argumentis magis efficacibus, & demonstrativis, nempe enunciativae antiquae unionis, & deputationis Vicarii cum assignatione certae portiois pro congrua, ex his concessionibus unio dici nequeat inducta, Rot. cor. Greg. dec. 77. nu. 6. & 7. in rec. dec. 626. p. 1. dec. 513. p. 2. & dec. 88. n. 4. cum seq. p. 9. Confirmationes vero Pontificias nihil de novo tribuere maxime cum processerint ad supplicationem Abbatum afferentium Ecclesias ad Monasterium pertinere, quae pertinentia non probet necessitate unione, cum Ecclesiae possint alio titulo, quam per uniois Monasterio subfiste, Rota cor. Ubald. dec. 138. n. 5. & 6. cor. Peuti. dec. 125. n. 6.

6. & 7. Demumque non afficere alios actus tanquam dubios, & equivocos, ad aliud jus, quam unionis referibiles, de Luc. de Paroch. dist. 10. n. 8. & 9. Rota cor. Ubalde. dec. 318. n. 8. in rec. dec. 290. n. 2. par. 2. & dec. 320. n. 12. par. 16.

Conveniret nihilominus PP. quod etsi per modum discursus unio ab initio fuisset inducta, cum hodie ex trium ferè seculorum decurru omnes Ecclesie, & ea de qua est questio, ut supra Monasteria donata, reperiantur in primævo collativo statu, quia hoc tempore fuerunt provisæ de Rectore ab Episcopo, & post Sac. Conc. Trid. prævio concursu cum sola nominatione, & præsentatione Abbatis, præexistencia unionis præteriti non potest nam ex hac tricenaria observantia collativi status, nedum iste confirmatur, sed unionis inobservantia defumitur, & quod eadem, vel remaneret à principio inefficua per ea, quæ advertit Rota cor. Greg. dec. 506. in rec. dec. 360. utrobique n. 5. p. 3. rec. & in Allerien. Parochialis 16. Junii 1688. §. unio in fin. cor. Reverend. Zamoren. sicut talis inefficuaio semper præsumitur, quoties de contraria non docetur, Malfard. de probat. consilij. 41. n. 1. & 2. Menoch. de præsumpt. 80. n. 1. Rot. in rec. dec. 62. n. 3. par. 3.

Seu par diâam triplicem centenariam allegari potest unionis revocatio per Pontificem facta, seu alter consimilis titulus magis utilis, & proficius per ea, quæ tradit Rot. div. dec. 254. n. 10. p. 3. in rec. dec. 312. n. 4. p. 1. dec. 218. n. 5. p. 6. dec. 574. n. 10. dec. 647. n. 6. & 709. n. 1. p. 18. ac dec. 106. n. 2. & dec. 152. n. 2. cum seq. par. 19.

Vel quod fuerit conversa in purum jurisdictionatum sicuti præsentationes demonstrant, remanente statu collativo favore Episcopi ex Turricell. de union. c. 4. n. 56. Rot. cor. Gregor. dec. 77. n. 3. cor. Jan. Alex. VIII. dec. 179. n. 3. ad 7. cor. Peuting. dec. 114. n. 1. cum seq. & in rec. dec. 32. n. 10. ac dec. 45. n. 6. par. 18.

Aut saltem negari non potest, quod per dictam tricenariam collativi status, unio fuerit præscripta juxta famigeratum consil. Oldi. ad 229. passim à Rota receptam, ut cor. Bichio dec. 146. n. 10. in rec. dec. 406. n. 3. p. 16. in Gerund. Parochialis 13. Febr. 1771. §. nec ad eundem fidem cor. R. P. D. mea Decano in Allerien. Parochialis 16. Junii 1688. §. Cæterum 7. Febr. n. 5. final. & 16. Maii 1689. §. verum est coram Reverendissimo Zamoren. & in Gerundin. Parochialis 9. Maii 1692. §. desit coram eodem.

Quod autem de hac triplex centenaria collativi status unioni contraria consistit, revocari nequit in dubium ex eo, quod toto hoc tempore, tam hæc Ecclesia, quam aliæ in præadæditis donationibus contentæ fuerunt provisæ de Rectore ab Episcopo, & prævio concursu post Sac. Conc. Trid. cum sola nominatione, & præsentatione. Abbatis cum ea expresse quandoque tanquam veri, & legitimi Patroni, prout constat ex Catalogo collationum ad partes dato, ubi anno 1406. controversæ Ecclesie collationes undecim numerantur, & tres concursus, ac aliæ innumeræ collationes de aliis Ecclesiis, quæ potissimum in simul unitæ valuerant generaliter observantiam unionis destrucivam inducere, Rot. in rec. dec. 452. n. 5. & 671. & 750. n. 1. p. 18. & in Gerund. Parochialis 9. Maii 1792. §. desit cum seq. cor. Rev. Zamoren.

Quin ad suadendum unionis observantiam, excludendumque collativum statum suffragari visa fuerit responsio, quod præsentationes, seu consensu Abbatum in modo dictis collationibus, seu provisionibus præstiti referantur potius ad titulum unionis originariæ, non autem ad alium jurisdictionatum, non attenta expresse præsentationum, cum ea, ac nominationes sunt iynonimæ, vel secus præsumantur per errorem, quoniam cum dubia sit unio originaria tam ex superius adductis, quam ex quo Domini non fuerint concordæ ad eandem, relatio prorsus excluditur, nam editæ supponere, quod est in questione, nullatenus admittendum.

Præterea huic relationi repugnat etiam qualitas, & modus ipsarum collationum, quæ ut plurimum secutæ fuerunt per obitum ultimi Rectoris, seu ex vacatione per resignationem causa permutacionis, & prævio post concilium concursu, provisiones enim hoc modo læcutæ non congruunt unioni, dicit totaliter eidem adversantur, eamque destruant, nam Ecclesia unita nunquam vocat, minisque resignari, seu permutari permittitur, ut advertit Murg. de benef. q. 3. dub. 1. n. 69. 1. Aden. ad Greg. dec. 112. n. 5. Rot. cor. Ubalde. dist. dec. 318. n. 8. & 9. in rec. dec. 219. n. 2. cum seq. dec. 310. n. 10. p. 16. dec. 150. n. 11. dec. 452. n. 5. & 6. ac 405. n. 6. p. 18. in d.

Minoris relevantia detecta fuit altera exceptio, quod memoria tricenaria observantia fuisset sublata per decretum irritans appositum in Constitutione Piana super unionibus edita, ut innotuit decisio contraria §. final. in fine, nam recurrit eadem Responsio, quod de unione a principio inducta dubitatur, quod enim casu decretum irritans non

Allerien. Paroch. 6. Maii 1689. §. verum est, & in Gerunden. Parochialis 9. Maii 1692. §. certius etiam cor. Rev. Zamoren.

Certius quia præsentationes Abbatum factæ leguntur uti à Patrono cum adjuncto quandoque vero, & indubitata, ut ad hunc titulum magis veniant referendæ, Rota in Bonon. Parochialis 24. Aprilis 1691. §. neque pro conclusivum cor. Melio. Atque in omnibus vacationibus secutus fuit Sacrum Concilium Trid. omnibus, provisiones factæ post prævio concursu ab Episcopo, aliquando ad præsentationem Abbatis, uti Patroni, quandoque liberi concursus namque destruant unionem cum non requiratur in Parochialibus unitis, Rot. in rec. dist. dec. 452. n. 5. & 6. & 453. n. 6. par. 18. in Barbinon. Parochialis de Palati 5. Decembris 1650. §. siquidem, & §. nec ex documentis cor. bon. mem. Albergato, & in Gerunden. Parochialis 9. Julii 1681. §. administratum vero coram Card. Vicecomite, & in alla Gerunden. Parochialis 9. Maii 1692. §. Certius coram Reverendissimo Zamoren. Indubitanter cum in dictis fuerit sub explicita mentione observantia Sacri Concilii, & servatum fuerit quidquid præscribitur in Parochialibus jurisdictionatum Ecclesiasticis, quia in vacatis mense ordinario presentavit Abbas unum ex approbatis in concursu, in vacaturis autem mensibus reservatis Episcopis absque ulla præsentatione Abbatis magis dignum prælegit, & remissit ad Sanctissimum cum literis testimonialibus, sicuti observatur in iurepatronatu Ecclesiasticæ ad tradita per Pignatelli. consil. canon. 77. num. 110. tom. 9. Barbol. ad Concil. cap. sess. 24. Garz. de benef. part. 1. cap. 2. n. 173. Rot. in rec. dec. 576. num. 22. & seq. par. 18. Ideoque cum Parochiales unitæ quocumque mens vacent, alicui reservationi non subiacent, sed absque concursu providentur ad nominationem ejus, cui sunt unitæ, Garz. de benef. p. 9. dist. cap. 2. n. 291. 19. & 294. Rot. coram Buratt. dec. 214. n. 2. ibique Adde. litt. A. & dec. 263. n. 25. & seq. par. 18. recen. ex tali decretivo conferendi modo crevit inexistencia unionis, quodque præsentationes in vim ejusdem secutæ non fuerint, sed potius jurisdictionatum Ecclesiasticis, cui adaptantur, Turricell. de union. cap. 4. num. 56. Rot. cor. Peuting. dec. 135. num. 2. & 3. & in recen. dec. 305. n. 17. par. 11. Atque ex his penitus removeretur, quod eadem præsentationes Abbatum in vim jurisdictionatum Ecclesiasticis peractæ fuerint per errorem, prout supponit decisio contraria §. final. nam talis error removeretur, tam ex quo unio usque à principio non fuit clara, & de ea Domini dubitaverint, quam etiam ex quo ut supra ponderatum fuit in subiecta materia cum tot circumstantiarum cumulo perneceffe referendæ sint dicto jurisdictionatum, & tamen satis fuisset ad effectum excludendi præsuppositum errorem, quod aliqua dubietas adesset, an nec ea relatio fieri debuisset potius unioni, quam Jurisdictionatum ad hoc, ut cum res non versetur in claris, iudicari debeat pro exclusione erroris, Bart. in leg. secunda num. 10. Cod. de iure fisci lib. 10. Rot. cor. Greg. dec. 220. num. 4. cor. Reg. dec. 180. num. 1. & in rec. dec. 73. num. 4. par. 17.

Insuper inobservantia unionis, & collativi status præsumptio confirmantur ex eo, quod Abbas seu Monasterium non percipit ex loco de Albinyana nisi aliquas decimas certorum fructuum, quæ possunt percipi alio titulo, quam unionis nam aliæ cum omnibus primitiis, & oblationibus percipiuntur à Parochiis dictæ Ecclesie de Albinyana sicut etiam observatur in aliis Ecclesiis, ut supra comprehensio in donationibus, prout testantur Officialis, & Consiliiarii Universitatis eorumdem locorum Summario Episcopi numero primo cum sequentibus, & resultat ex ipsa forma, sive tenore Literarum super dictis Collationibus, in quibus mandat Parochi, seu Rectori integre, & plenarie responderi de Universis redditibus, introitus, proventus, Juribus, & obventionibus, & introitus, & cura animarum cum scribanda in tota Parochia, qui termini aperte disconveniunt unioni, illiusque inobservantiam convincunt, Rota coram Greg. dec. 112. num. 4. coram Peuting. dec. 135. num. 2. & 3. coram Jan. mem. Alex. VIII. dec. 179. num. 3. & in rec. dec. 192. n. 19. par. 18.

non in trat, Card. de Luca de Paroch. dist. 24. nu. 14. & de Benef. dist. 93. nu. 32. Rota cor. Bich. dec. 377. nu. 7. & coram Card. Cervo dec. 130. n. 16. & 17. & in Bonon. Parochialis 24. Aprilis 1691. §. final. cor. Melio, & dum agitur de consuetudine tricenaria, quæ presumere facit dispensationem, seu coæque titulum, ut sub decreto irritanti non comprehendatur, Pignat. consil. Canon. 8. n. 12. tom. 3. consil. 28. n. 15. in fin. to. 6. Barbol. de Canon. cap. 33. num. 24. & in Sum. dec. 24. Apostolica collect. 78. n. 5. & 6. Rota cor. Duno. Senior. dec. 198. nu. 3. cor. Cocco. dec. 1620. nu. 2. cor. Merl. dec. 109. nu. 1. & in recenior. dec. 647. nu. 12. par. 4. tom. 3. sed potius cum hoc casu præsumatur unio dissoluta, intrat oppositum decretum irritans contentum in altera Bulla Piana super Concursibus faciendis, de quo Rota in decisione 32. nu. 18. & decisione 192. nu. 10. par. 18. Demumque contrariæ decisionis assumptum non procedit, nam prior Constitutio Piana de Unionibus eas tantum comprehendit, quæ factæ fuerunt pro congrua substantione, seu dotis augmento, de quibus hic nullatenus constat, ut oppositè respondit Rota coram Ubalde. dec. 138. n. 16.

Et hinc existimantur Domini præteriti controversias non adversari dictas geminas dec. cor. Ghislerio, & Rev. R. deo Decano, nam in eis Episcopos hodie compars non fuit auditus, ut observat Rota post Zach. de obligat. Cam. mor. dec. 174. nu. 13. in rec. dec. 387. sub nu. 19. & 20. p. 19. & in Romana Salviani 28. Januarii 1692. §. nec magis asini cor. Benincasa, quia Partes colligentes deinde se concordarunt, & Episcopos remansit in collativo iure prout prius confendit, & quia in eisdem decisionibus supposita fuit præexistencia unionis, de qua inter cætera modo ex tricenaria observantia collativi status penitus removeretur, tributaque fuit facultas eas impugnandi, quo enim casu licet consuetudo Tribunalis nostri fit decisiones alias & emanatas supponendi, ea tamen non procedit, vel quando data est hujusmodi facultas eas impugnandi, vel ubi immutata serie facti corruit suppositum, cum quo emanatur, Rota cor. Pampbil. dec. 90. n. 6. & in Romana pretii Officiorum 19. Junii 1680. §. cum autem in fin. cor. bo. mem. Albergato, & in Augustana Beneficij 26. Junii 1693. §. & licet coram bo. mem. Benincasa.

Et ita non femel, sed bis causa reposita DD. omnibus suffragantibus resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Faventina Jurium Parochialium.

Ven. 28. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

In hac decisione plenissimè recententur adminicula & probationes quæ possunt demonstrare & concludere matricatem Ecclesie ad hoc ut illius Rector possit Jurisdictionalia in Ecclesia filiali exercere.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia sancti Petri in sylvis Bagnacaballi ex historiis habetur, quod sit matrix.
2 Episcopus in visitatione quidquid gerit præsumitur recte, & rectè, & cum matuta animi, ac rei perquisitione, & deliberatione gessisse.
3 Ex enunciacionis factis per Episcopum in visitatione congrua desumitur matricitatis probatio.
4 Referens sine relato nihil probat.
5 Si tamen concurrat antiquitas magna robur adicitur ipsi referenti.
6 Referens sine relato probat, ubi per se aucti oratio, & tota recentior actus substantia.
7 Ex partium antiquis confessionibus magnum pro matricitate fulcimentum resultat.
8 Confessio superat omne genus probationis.
9 Confessio Rectoris antecessoris, ubi sit adminicula successoris iure proprio venientes præjudicat etiam ad probandam matricitatem.
10 Instrumentum antiquum, quod inter alia reperitur, & faciem retinet instrumenti non potest de eius sile dubitari, & n. 11.

12 Probatio negativa, que non excludit possibilem in oppositum non est attendenda.

13 Visitacioni Episcoporum ad probandam Ecclesie matricitatem est aserendum.

14 Assertionis Visitatori deputati à Pontifice probant.

15 Matricitas concluditur, si populus paschalis sacramenta uti propria Parochia in Ecclesia, que matrix præteritur, recipiat.

16 Item probatur ex relationibus, que per ordinarias ad Sacram Congregationem Concilii transmittuntur.

17 Exercitium Jurium Parochialium in aliis Ecclesiis matricitatem Ecclesie exercentis iustificat.

18 Duos Parochos in eadem Ecclesia adesse nimis est monstruosum.

19 Ministri in Ecclesia filiali non dicuntur Parochi licet Parochi figuram exercent, sed subsidiarii ministri subalternantes in exercitio Curæ Rectori, qui habitus est verus Parochus.

20 In iure non repugnat, quod in eadem Ecclesia plures dentur Curati, apud quos Cura ipsa ipsa ipsa residet.

21 Exigitur tamen quod Jus formale Parochialis sit per se Tertium residet.

22 Parochi ubi sunt plures unius Ecclesie non omnes possunt esse sponsi sed solum representant unum sponsum & unum Parochum; hinc omnes possunt esse Resiores actu, habitu tamen denominari valent.

23 Dicta societas dari nequit, ubi alter est inferior, & alter superior, & versus huiusmodi ex ipse aliam curam retineat.

24 Ecclesia in qua sacramenta administrantur nomine Ecclesie Cathedralis per Presbyteros deputatos dicitur ut succursalis, & auxiliatrix Ecclesie Cathedralis.

25 Filialem esse Ecclesiam demonstrat, si Resiores Ecclesie matricis consueverint possessionem apprehendere in Ecclesia filiali.

26 Nihil magis unioni repugnat, quam status collativus in titulum.

27 Nihil magis adversatur matricitati, quam quod Rector Ecclesie matricis non presentet, aut deponet subalternum Rectorem.

In Ecclesia filiali Episcopus tenetur deputare Rectorem ad præsentationem Rectoris Ecclesie matricis.

28 Ubi constat de matricitate actus contrarii, sed recentis, referendi sunt vel ad majorem cautelam, vel ad errorem.

29 Rector in Ecclesia filiali alienis sumptibus constituta presentari non debet à Rectore Ecclesie matricis sed à fundatore.

30 Et fundator non sit certus, vel noluit sibi expresse, vel tacite reservare Jus presentandi hoc species ad Ordinarium.

31 Hinc non repugnat, quoad una Ecclesia sit filialis & attamen non presentetur Rector ab Ecclesia matricis.

32 De iure communi in Ecclesia filiali competens honor pro facultate loci matrici Ecclesie est servandus, idcirco ex consuetudine loci potest interpretari, quid sub dicto honore cadat.

DECISIO XXXI.

Appellantibus à sententia Vicarii Faventini Rectoribus Ecclesie S. Michaelis sitæ in Terra Bagnacaballi sub asserto gravamine, quod idem Vicarius perperam definitivè, competere Archiepiscopato alterius Ecclesie Sancti Petri in Sylvis nuncupatæ, prope Mænia ejusdem Terræ existentis quamplura Jura honorifica, & præeminentialia non minus extra, quam intra præstatam Ecclesiam S. Michaelis vium Unionis, ex Titulo Matricitatis una cum simultanea Curæ Animarum administratione mediante Ministerio unius Capellani vicissim, sive per Turnum in hebdomadas tripartitum deputari, consueti ab eodem Archiepiscopato in Ecclesia prædicta, Domini reputerant, injustam fuisse questionem Rectorum, & idcirco Dubio à me proposito respondentes dixerunt, Consilium de bono iuris Archiepiscopati tam ad prædictam officium Curæ, quam Præeminentiam.

Prætermisso namque uti minus necessario examine unio-

culdubio simultanem Curati, hinc proinde cum amaritudo restringatur ad duos alios eandem Curam infimul exercentes tantum abest, ut hoc iudicium possit evellere jus radicatum circa Præminentias, & Curam in persona Archiepiscoporum, ut potius queat optime conciliari cum eo, quod passim ad mentem Juris, & interpretationem eisdem cap. ad audientiam, notant *scribentes*, nempe quod in tantum jus præsentandi non spectet ad Rectorem Ecclesie majoris, in quantum hæc duæ capellanie, seu Rectorie fuerint alienis sumptibus, & ære constructæ, & fundatæ, secundum ea, quæ ad limitationem præfati cap. ad audientiam specificè tradit Gonzal. ad regul. Cancell. glos. 10. num. 7. & 8. & conveniunt uno ore Card. Paris. in cap. cum Venerabilis sub num. 80. vers. circa illud, de except. inter Reper. Canon. vol. 4. fol. 171. Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 56. Barthol. ad Concil. Trid. sess. 21. de Reformat. cap. 4. num. 13. Vivian. de Jurepatr. lib. 2. cap. 7. nu. 1. Ripa consult. Canon. lib. 3. tit. de Eccles. adifican. consult. unic. prope finem vers. & vero plenè Fagnan. in d. cap. ad audientiam nu. 39. eod. tit.

Cumque (ut probabile est) Piorum elemosynis, ac Populi largitionibus absque determinatione particularis Personæ inita fuerit fundatio, nil mirum, quod Ordinarius liberam habeat potestatem conferendi eandem Rectorem citrà ullam illationem, quæ sit apta nocere Ecclesie Matrici, ejusque Archiepiscoporum; Nam ubi Fundator non est certus, vel noluit sibi expressè, vel tacite reservare jus præsentandi ad Beneficium five simplex, five Curatum, hoc spectat ac Ordinarium; ex plenè deductis per Corrad. in præf. benef. lib. 4. cap. 7. nu. 5. Card. de Jurepatr. discurs. 55. nu. 20. Rota dec. 564. n. 7. ad fin. vers. & hoc eo magis par. 4. divers.

Diximus, quod nullum aliud fundamentum ex parte Rectorum admodum considerabile asseratur, quia litteræ Cardinalis Aldobrandini tunc superintendentis Statuti Ecclesiastico permisivæ, ut Homines Bagnacaballi repararent Ecclesiam Sancti Michaelis, confovere visæ sunt enunciatam verisimilitudinem, quod ab initio sumptibus aliorum non autem Archiepiscoporum fundatæ extiterint

Rectorie: Confessio Antecessoris Archiepiscoporum emissa in quadam transactione de Anno 1635. super Præminentis sibi magis ex beniguitate, quàm de jure concessis in eadem Ecclesia Sancti Michaelis, nullo ex jam firmatis communiter adminiculo, unde valeat præjudicare successori, quinimò destruitur per supra enunciatum decretum Cardinalis Cennini prolaturæ de Anno immediatè præcedenti 1634. Ac denique dimissio Rectorie quam junctim in Ecclesia Sancti Michaelis administrabat quidam Anichinus Archiepiscoporum Sancti Petri, ad summum poterat importare, quod Anichinus detinendo hanc particularem Rectorem, per necessarium antecedens fateretur, illam esse titulum distinctum ab ejus Dignitate, five Cura habituali, quod jam agnovimus non implicare, ex proximè consideratis in §. Sed hujusmodi.

Subsistente itaque non solùm unione, quæ ferè ex eisdem actibus, & documentis emergit, sed præcisus Matricitate Ecclesie Sancti Petri, responsum consequenter, & illative fuit, consistere de bono jure Archiepiscoporum non tantum respectu Curæ nulla data Territorii separatione peres eum de jure existentis, & de facto exercite ex Persona Cappellani, verùm etiam Præmentiarum. Cumque circa species, vel genera earundem Præmentiarum nulla præfulgeat determinata norma per Jura Sacrorum Canonum, excepta superioritate, præcedentia; & in suis casibus Jurisdictione, sicuti ad intellectum Constitutionis Honorii Tertii editæ pro Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso de Urbe in cap. his que de majorit. & obedient. lulerenter dictum fuit in allegata Romana Præmentiarum 16. Junii 1679. & 13. Junii 1681. cor. bo. me. Rondino, & ad præscriptum Alex. VIII. nihil aliud infinuatur, nisi quod ut ab Ecclesia filiali competens honor pro facultate loci Matrici Ecclesie servetur, prout idcirco remanere ad favorem Archiepiscoporum (interpretante id consuetudine, ac observantia) totum illud, quod jam fuit decreto Cardinalis Cennini præfinitum; & nuper declaratum per sententiam Vicarii Faventini, contra quam injusta idcirco apud dominos apparuit reclamatio. Ecitâ, utraque &c.

Finis Decisionum Libri XII.

A R G U M E N T A
S A C R Æ
D E C I S I O N U M
D E J U R E P A T R O N A T U S

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
DECISIVOS DISCURSUS
CARDINALIS DE LUCA

In præstantissimo ipsius

THEATRO VERITATIS ET JUSTITIÆ
Amplectentes, confirmantes, laudantes, &c.

SUPER MATERIA

DE JURE PATRONATUS,
ET DE PENSIONIBUS ECCLESIASTICIS.
LIBER XIII.